

## 4 Edition der Predigt Nr. 37\*

Textzeugen:

Leipzig, UB, Ms. 436, fol. 62v–65v = Le

London, BL, Add. Ms. 19767, fol. 90r–95r = Lo

München, BSB, CLM 17458, fol. 221ra–225ra (jetzt gültige Foliierung) = M  
[Auszug in Paris, BNF, lat. 3813, fol. 94r–95r]

Zu den Handschriften siehe [Kap. 7.2](#)

Die Varianz der Textzeugen ist von geringem Ausmaß. Insgesamt bietet Lo den Text mit den wenigsten offensichtlichen Fehlern, die etwa durch Zeilensprünge entstehen. Deswegen wurde dieser Text der Edition als Leithandschrift zugrunde gelegt. Nur dort, wo das Textverständnis beeinträchtigt würde, wurde der Editions-text behutsam mithilfe von Le ergänzt. Zwischen Lo und M besteht eine enge textliche Übereinstimmung. An einer Stelle weist aber M textliches Sondergut auf, das sich weder in Lo noch in Le finden lässt. Deswegen kann eine direkte bzw. ausschließliche Abhängigkeit der Handschrift M von der Handschrift Lo ausgeschlossen werden. Eine gemeinsame Vorlage ist aber aufgrund ihrer räumlichen Nähe – Lo stammt aus Ottobeuren, M aus Scheyern – vorstellbar. Abweichungen in Le und M werden im Apparat angegeben. Orthografische Varianten, wie die unterschiedliche Verwendung von y und i oder c und t, werden nicht vermerkt. Das *ę* in Lo wird mit *e* wiedergegeben, die Schreibung von *u* für *v* wird beibehalten.

### In assumptione sancte Marie<sup>1</sup>

§ 1 *Que est ista que ascendit per desertum sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrae et thuris et uniuersi pulueris pigmentarii*<sup>2</sup>. Miserator et misericors<sup>3</sup> Dominus,

<sup>1</sup> Am Rand: lxxv Lo

<sup>2</sup> Hld 3,6

<sup>3</sup> Miserator et misericors] Misericors et miserator Le

longanimis et multum misericors pater familias numquam ociosus ad nostri reparationem<sup>4</sup> tres nuptias filio suo celebrauit: Primas in utero Uirginis. Secundas in ecclesie gremio. Tercias in celesti solio. Harum nuptiarum<sup>5</sup> prime sunt reconciliationis, secunde adoptionis, tercię glorificationis. In primis namque reconciliati sumus, ut facile sit nobis abicere iugum dyaboli. In secundis adoptati<sup>6</sup>, ut simus filii Dei. In terciis glorificamur<sup>7</sup>, ut simus heredes Dei, coheredes autem<sup>8</sup> Christi<sup>9</sup>.

§ 2 In primis Dei Filius humanam naturam<sup>10</sup> sibi uniuert personaliter. In secundis<sup>11</sup> anima fidelis<sup>12</sup> ei adheret fideliter. In terciis triumphans ecclesia coniungitur ei<sup>13</sup> ineffabiliter<sup>14</sup>. Primarum nuptiarum thalamus fuit secretarium aule uirginee<sup>15</sup>. Secundarum nuptiarum<sup>16</sup> thalamus est<sup>17</sup> secretum munde conscientie. Terciarum archanum paterne glorie. De thalamo primarum dictum est:

4 nostri reparationem] nostri plenam temperantiam *Le*

5 nuptiarum] *fehlt Le*

6 adoptati] optati *M*

7 glorificamur] glorificabimur *Le*

8 autem] *fehlt Le*

9 *Der Beginn der Predigt ist nahezu identisch mit einem Predigteinstieg von Gebuin von Troyes (vermutlich 1145–1154 Kanzler der Kathedrale von Troyes). Alain von Lille könnte sich davon inspiriert haben lassen. Vgl. Paris, BNF, lat. 14925, fol. 178va: Dominus et saluator noster pater familias numquam ociosus tres nuptias celebrare consueuit. Primas in natiuitatis sue missio. Secundas in baptismatis nostri sacramento. Tertias in his qui beate [sic] moriuntur in Domino. Harum uero terciarum nupciarum prime sunt reconciliationis, per quas in seruos reconciliamur. Secunde adoptionis, per quas in filios adoptamur. Tercie glorificationis, per quas heredes Domini, coheredes Christi glorificamur. Ab dann weicht der Text deutlich von der hier edierten Predigt ab, nur am Ende findet sich eine Phrase über Maria, über deren Aufnahme in den Himmel die Engel sich freuen. Die Predigt reicht nur bis fol. 179ra.*

10 humanam naturam] naturam humanam *Le*

11 secundis] secunda *Le*

12 anima fidelis] fidelis anima *Le*

13 coniungitur ei] ei coniungitur *Le*

14 *Vgl. ALAIN VON LILLE, Distinctiones dictionum theologicalium, Sp. 878: Nuptiae [...]. Dicitur unio duarum naturarum, unde in Evangelio: Simile est regnum coelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Dicitur unio Christi et Ecclesiae in aeterna beatitudine, quando ei ineffabiliter Ecclesia unietur per gloriam, et quodammodo deificabitur.*

15 aule uirginee] uirginee aule *Le*

16 nuptiarum] *fehlt Le*

17 est] *fehlt Le*

*Tamquam sponsus procedens de thalamo suo*<sup>18</sup>. De thalamo secundarum dicitur: *Adorna thalamum tuum, Syon*<sup>19</sup>. De thalamo terciarum dicitur: *Maria Virgo assumpta est ad ethereum thalamum*<sup>20</sup>.

§ 3 In primis nuptiis sancta Dei genitrix fuit uirgo perpetua et mater immaculata<sup>21</sup>, in secundis sponsa et filia, in terciis regina et domina. In primis alma redemptoris Mater Filium suum dyademate coronauit<sup>22</sup>. In secundis prebens aliis virginitatis exemplum eum super thronum de ebore<sup>23</sup> sublimauit. In terciis ipsa pre ceteris celeste regnum hereditauit. Coronauit eum dyademate in primis (90v) iuxta illud: *Egredimini filie Syon et uidete regem Salomonem in dyademate quo coronauit eum mater sua etc*<sup>24</sup>. Sublimauit eum Mater sua<sup>25</sup> super tronum in secundis iuxta illud: *Fecit sibi rex Salomon de ebore grandem tronum*<sup>26</sup>. Sed uide-

18 suo] *fehlt Le. Ps 18(19),6; ALAIN VON LILLE, Distinctiones dictionum theologicalium, Sp. 971: Thalamus, [...]. Dicitur etiam uterus virginalis: in thalamo celebratur commercium, floribus ornatur, in eo secreta tractantur. Similiter in utero gloriosae virginis Mariae celebrata est unio duarum naturarum; ipsa enim ornata virtutibus, in ea completa mysteria; unde David: Tanquam sponsus procedens de thalamo suo.*

19 *Vgl. ibid.: Thalamus [...]. Dicitur mens humana, unde dicitur: Adorna thalamum tuum, Sion, id est, o homo, adorna virtutibus mentem tuam; in thalamo sponsus et sponsa foederantur sibi in amore junguntur, et ideo recte Ecclesia thalamus dicitur seu perfecta anima; quia ita per amorem sponso invisibili jungitur, ut ejus desiderio ardeat et nulla quae jam in mundo sunt concupiscat.*

20 ethereum thalamum] *fehlt Le. Vgl. die Antiphon »Maria virgo«: Maria virgo assumpta est ad (aethereum thalamum in quo rex regum stellato sedet solio) zu Mariae Assumptio. Zum Aufkommen der marianischen Antiphonen im 12. Jahrhundert siehe GRAEF, Maria, S. 210–212.*

21 uirgo perpetua et mater immaculata] *mater et uirgo Le*

22 *Vgl. ALAIN VON LILLE, Distinctiones dictionum theologicalium, Sp. 767: Diadema: [...]. Dicitur humana Christi natura quasi duo demens, scilicet culpam incipiendo et mortem perseuerando, unde: Egredimini, filiae Sion, et videte regem Salomonem; et o vos fideles animae, egredimini a contuitu terrenorum ad amorem coelestium, id est videte regem Salomonem, id est verum pacificum Jesum Christum, qui reformavit pacem inter Deum et hominem, inter angelum et hominem, inter hominem et hominem, in diademate suo, id est humana natura, quo coronauit eum mater sua, Virgo gloriosa, in die desponsationis ejus et in die laetitiae cordis ejus, quia nunquam habuit tantum gaudium quantum in illa die quando dictum est ab angelo: Ecce concipies.*

23 de ebore] *eburneum Le*

24 *Hld 3,11*

25 mater sua] *fehlt Le*

26 *Fecit-tronum] Ferculum fecit sibi rex Salomon, tronum de ebore grandem Le. Vgl. Hld 3,9: Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani und 1 Kön 10,18: Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem.*

tur contrarium hoc<sup>27</sup>, quod diximus Matrem super tronum Filium sublimasse, sed non est<sup>28</sup>, immo utrumque uerum est, nam ipse fecit et ipsa fecit. Ipse fecit prebendo auctoritatem, ipsa fecit uouendo uirginitatem. In ebore enim castitas intellegitur. Ipse fecit gratia preueniendo, ipsa fecit per liberum arbitrium gratie consentiendo<sup>29</sup>. Hereditauit celeste regnum in terciis<sup>30</sup> pre omnibus iuxta illud: *Exaltata es, sancta Dei genetrix, super choros angelorum ad celestia regna.*

§ 4 In primis nuptiis ascendit<sup>31</sup> per desertum mundi. In secundis per desertum animi. In terciis per desertum celi, ut de ea in triplici deserto uere et admiratiue dicatur<sup>32</sup>: *Que est ista que ascendit per desertum.* Tria namque sunt<sup>33</sup> que nomine deserti censentur, propter ea<sup>34</sup> que in deserto fieri<sup>35</sup> consueuerunt, scilicet mundus, fidelis animus, polus et quodlibet<sup>36</sup> eorum per<sup>37</sup> tria.

§ 5 Mundus<sup>38</sup> propter tria dicitur desertum, scilicet propter inedias quas patiuntur transeuntes<sup>39</sup>. Propter spinas et urticas que ibi<sup>40</sup> oriuntur. Inediis affligimur, spinis pungimur, vrticis urimur. Inedias patimur in<sup>41</sup> uariis defectibus, spinas in rebus exterioribus, vrticas in carneis motibus, inedias panis et aquarum<sup>42</sup>, spinas diuitiarum, vrticas concupiscentiarum<sup>43</sup>. Inedias panis et aquarum, quia mundus iste<sup>44</sup> terra inuia et aquosa. Spinis diuitiarum {su}per quas, si semen<sup>45</sup> uerbi iacitur, eis supercrescentibus perdetur et conculcabitur<sup>46</sup>. Vrticas

27 Sed uidetur contrarium hoc] Si uidetur hoc esse contrarium ei *Le*

28 sed non est] *fehlt Le*

29 consentiendo] obsequendo *Le*

30 Hereditauit celeste regnum in terciis] In terciis hereditauit regnum *Le*

31 ascendit] ascendit beata uirgo *Le*

32 dicatur] dicat ecclesia *Le*

33 namque sunt] sunt namque *Le*

34 ea] *fehlt M*

35 fieri] esse uel fieri *Le*

36 quodlibet] quotlibet *Le*

37 per] propter *Le*

38 Mundus] mundus quippe *Le*

39 patiuntur transeuntes] transeuntes patiuntur *Le*

40 ibi] tibi *M*

41 in] *fehlt Le*

42 inedias panis et aquarum] *hinzugefügt und getilgt* quia mundus iste in terra *M*

43 inedias–concupiscentiarum] *fehlt Le*

44 iste] iste est *Le*

45 semen] semel *Le*

46 perdetur et conculcabitur] perditur et conculcatur *Le*

concupiscentiarum, ad quarum uredinem temperandam<sup>47</sup> in remedium proponitur coniugium, quibusdam oratio et ieiunium<sup>48</sup>. Coniugium, dicente Apostolo: *Melius est nubere quam uri*<sup>49</sup>. Oratio et ieiunium<sup>50</sup> dicente Domino: *Hoc genus demonii in nullo tollitur nisi in oratione et ieiunio*<sup>51</sup>. Diuina tamen miseratio, ne nimia urgeremur<sup>52</sup>, inopia nobis in hoc deserto proposuit et parauit mensam<sup>53</sup>, cibando nos pane angelorum et potando aqua<sup>54</sup> refectionis, ut securi transeamus ad terram promissionis. In hoc deserto nobis in peccatis<sup>55</sup> dormientibus angelus magni consilii ad caput mentis nostre<sup>56</sup> posuit panem, qui de celo descendit et uas (91r) aque Sacre Scripture, ut euigilantes comederemus et biberemus et fortitudine illius cibi<sup>57</sup> et potus iremus<sup>58</sup> cum Helya usque<sup>59</sup> ad montem Dei Oreb<sup>60</sup>.

§ 6 Fidelis quoque animus dicitur desertum propter tria, que sunt vox turturis<sup>61</sup>, solitudo, silentium, nam ibi non uox hominis, sed uox turturis auditur<sup>62</sup>,

47 temperandam] temperandam quibus *Le. Im ausgehenden 12. und beginnenden 13. Jahrhundert wurde unter den Pariser Theologen debattiert, ob das Zölibat auch für die höheren Weihen aufzuheben sei, um mittels der Ehe das Sexualeben des Klerus in akzeptierte Formen zu überführen. Siehe dazu BALDWIN, Masters, Princes and Merchants, Bd. 1, S. 337–341.*

48 oratio et ieiunium] ieiunium et oratio *Le*

49 1 Kor 7,9

50 Coniugium–ieiunium] *fehlt Le*

51 tollitur nisi in oratione et ieiunio] potest eici nisi in ieiunio et oratione *Le; Mk 9,28. Vgl. ALAIN VON LILLE, Ars praedicandi, 32, Sp. 174: Contra morbum luxurie, orationes et jejunia sunt medicinae; orationes, ut Deus rore coelestis gratiae temperet ignem concupiscentiae; jejunia, ut castigent jumentum carnis nostrae. Hoc genus daemonii non ejicitur nisi in oratione et jejunio.*

52 urgeremur] urgeret *Le*

53 parauit mensam] mensam parauit *Le*

54 aqua] *korrigiert aus aquam Lo; aquam M*

55 in peccatis] *über der Zeile Lo*

56 ad caput mentis nostre] *korrigiert aus caput nobis Lo; ad caput nostre mentis Le*

57 cibi] *fehlt M*

58 comederemus–iremus] comedamus et bibamus et in fortitudine cibi illius et potus eamus *Le*

59 usque] *fehlt M*

60 Oreb] *korrigiert aus Choreb Lo Choreb M. Vgl. 1 Kön 19,3–8.*

61 turturis] *uirtutis Le*

62 *Hld 2,12*

non frequentia, sed solitudo reperitur, non<sup>63</sup> strepitus<sup>64</sup>, sed silentium dinoscitur esse<sup>65</sup>. Ibi uox<sup>66</sup> turturis docet esse tempus<sup>67</sup> putationis. Ibi non est<sup>68</sup> frequentia carnalis cogitationis. Ibi non est strepitus exterioris implicationis. Ibi uox turturis inuitat ad planctum et compunctionem. Solitudo ad legis Dei<sup>69</sup> meditationem. Silentium ad iusticie cultum et dilectionem<sup>70</sup>. Vox turturis, id est sancti Spiritus<sup>71</sup>, inuitat ad planctum et compunctionem, quia Spiritus<sup>72</sup> postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id est postulare facit. Solitudo ad legis diuine meditationem inuitat<sup>73</sup> dicens: *Beatus uir qui in lege Domini meditabitur die ac nocte*<sup>74</sup>. Silentium ad iusticie cultum inuitat<sup>75</sup> dicente Ysaya: *Cultus iusticie silentium est*<sup>76</sup>. Ad hoc desertum declinabat<sup>77</sup> Dominus ut oraret, et ut<sup>78</sup> oraturis illuc<sup>79</sup> declinandum insinuaret. Hec est solitudo ad quam uir sanctus fugit ut se a mundi strepitu elongaret dicens: *Elongaui fugiens et mansi in solitudine*<sup>80</sup>.

63 non] ubi non *Le*

64 *Vgl. auch ALAIN VON LILLE, Ars praedicandi, 29, Sp. 169: Haec sola oratio allegat apud iudicem, perorat apud coelestem Principem. De hac in Canticis amoris dicitur: Quae est ista quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae et thuris et universi pulveris pigmentarii? (Cant. III.) Haec enim vere ascendit, quae penetrat paradisum et ascendit usque ad Dei thronum. Haec eleganter dicitur virgula, et directa, quia sicut virga ex directo in altum dirigitur, sic oratio fructuosa in terrena non curvatur, sed ad coelestia inflexibiliter dirigitur. Eleganter autem comparatur fumo, quia sicut fumus ex igne nascens tendit in altum, sic oratio fructuosa ex camino charitatis orta, ascendit in altum. Eleganter etiam per desertum dicitur ascendere, quia animus per quem talis oratio effunditur, ab omni pravarum cogitationum strepitu separatur.*

65 silentium dinoscitur esse] solitudo esse dinoscitur *Le*

66 uox] *fehlt M*

67 tempus] *am Rand Lo*

68 *fehlt M*

69 legis Dei] diuine legis *Le*

70 dilectionem] Dei dilectionem *Le*

71 sancti Spiritus] sancti Spiritus uox *Le*

72 Spiritus] *fehlt Le*

73 ad legis diuine meditationem inuitat] inuitat ad diuine legis meditationem *Le*

74 *Ps 1,1–2*

75 inuitat] *fehlt Le*

76 *Jes 32,17*

77 Ad hoc desertum declinabat] Ad hoc declinavit silentium *Le*

78 ut] nobis *Le*

79 illuc] illuc ad *Le*

80 Elongaui] Ecce elongaui *Le; Ps 54(55),8*

§ 7 Celum etiam dicitur desertum propter tria, que sunt viror, flos et quies<sup>81</sup>. Nam ibi est quies, que<sup>82</sup> commotionem nescit. Ibi uiror, qui non pallescitur. Ibi flos, qui non marrescit. Ibi quies, que nescit perturbari<sup>83</sup>. Ibi uiror, qui non potest exsiccari. Ibi flos, qui non potest conculcari. Ibi est<sup>84</sup> quies, quia ibi Deus desiderando uidetur<sup>85</sup> et uidendo desideratur. Ibi est uiror, quia celestis ille locus septiformi Spiritu<sup>86</sup> quasi septem riuus<sup>87</sup> plenissime irrigatur. Ibi est flos, quia flos ille unicus, qui de radice Iesse<sup>88</sup> ascendit, iugiter ibi cernitur et odoratur<sup>89</sup>. Hoc est illud desertum, a<sup>90</sup> quo relictis in eo<sup>91</sup> nonaginta nouem ouibus pius pastor uenit, ut ouem centesimam ad eiusdem deserti pascua propriis humeris reportaret<sup>92</sup>. Hoc est desertum, quo hircus emissarius cum peccatis populi<sup>93</sup> est emissus<sup>94</sup> alio hirco populo immolato. Duo hirci deitas et humanitas Christi sunt. Hircus in deserto deitas est<sup>95</sup> in celo. Hircus pro populo immolatus Christus<sup>96</sup> secundum hominem pro nobis<sup>97</sup> crucifixus.

§ 8 Ecce tria habemus deserta et<sup>98</sup> per quodlibet<sup>99</sup> eorum ascendit beata Uirgo triplici gradu, ascendit siquidem beata Uirgo per desertum huius

81 viror, flos et quies] quies, viror, flos *Le*

82 que] *fehlt M*

83 quies que nescit perturbari] quies non potest perturbari *Le*

84 Ibi est] *fehlt Le*

85 Deus desiderando uidetur] Deus sicut est uidetur *Le*

86 *Vgl. ISIDOR VON SEVILLA, Etymologiarum sive originum libri XX, 7, 3, 13: Spiritus sanctus ideo septiformis nuncupatur, propter dona quae de unitatis eius plenitudine particulatim quique, ut digni sunt, consequi promerentur. Ipse enim Spiritus sapientiae et intellectus; Spiritus consilii et fortitudinis; Spiritus scientiae et pietatis; Spiritus timoris Domini.*

87 quasi septem riuus] *fehlt Le*

88 Iesse] uirginis *Le; Jës 11,1*

89 odoratur] adoratur *Le*

90 a] in *Le*

91 eo] illis *Le*

92 *Mt 18,12–14 und Lk 15,3–7. Diese Stelle auch in Verbindung mit dem desertum paradisi in Predigt Nr. 65 (= 54). Siehe Toulouse, BM, 195, fol. 119v.*

93 *Lev 16,21–22*

94 emissus] missus *Le*

95 est] *fehlt Le*

96 Christus] Christus est *Le*

97 secundum hominem pro nobis] pro nobis secundum hominem *Le*

98 et] *fehlt Le*

99 quodlibet] quotlibet *Le*

mundi<sup>100</sup> tribus gradibus, qui<sup>101</sup> sunt carnis integritas, uentris fecun-(91v)ditas, prolis generositas<sup>102</sup>. Carnis integritas in effectu uoti<sup>103</sup>, uentris fecunditas in consensu animi, prolis generositas in conceptu et partu Dei et hominis<sup>104</sup>. Carnis integritas, quia hec est porta, que semper clausa extitit<sup>105</sup>, per quam tamen rex Israel intrauit<sup>106</sup>. Ventris fecunditas, quia nouum fecit Dominus super terram: mulier circumdabit uirum gremio uteri sui<sup>107</sup>. Prolis generositas, quia nomen eius uocatum est *admirabilis, consiliarius, deus, fortis*<sup>108</sup>: Admirabilis, in quo summa intelligitur potentia, consiliarius, in quo sapientia, Deus, in quo iusticia, fortis, in quo secundum hominem tribulationum patientia<sup>109</sup>.

§ 9 Per hunc triplicem gradum considerans dyabolus potius ex<sup>110</sup> suspitione quam ex cogitatione<sup>111</sup> beatam Uirginem ascendere, nam et ipse audiuerat: *Ecce Uirgo concipiet et pariet Filium et uocabitur nomen eius Emanuel*<sup>112</sup>. Expalluit et exclamauit<sup>113</sup>: »*Que est ista que ascendit per desertum*. Puto quod huius<sup>114</sup> ascensus meum erit<sup>115</sup> precipitium«. Licet enim partus Uirginis dya-

100 Ascendit–mundi] Ascendit enim per desertum mundi *Le*

101 qui] que *Lo*; qui *Le*

102 *Als einziger Textzeuge fügt M hinzu*: Carnis integritas in effectu, uentris fecunditas in concensu [sic], prolis generositas in conceptu et partu.

103 effectu uoti] affectu *Le*; effectu uocis *M*

104 Dei et hominis] hominis et Dei *Le*

105 extitit] *danach* ort *getilgt* in *Lo*

106 intrauit] transiuit *Le*; *Ez 44,1–2*

107 *Jer 31,22* und *ALAIN VON LILLE, Distinctiones dictionum theologicalium, Sp. 875*: Novum, proprie. Dicitur etiam mirabile, unde propheta: Novum faciet Dominus in terra: femina circumdabit virum.

108 *Jes 9,6*; *Jean Longère bespricht die Passage von Carnis integritas bis Deus fortis zusammen mit Predigtpassagen von Raoul Ardent und Stephen Langton, die die jungfräuliche Mutterschaft und ihre besonderen Eigenschaften beschreiben. Siehe LONGÈRE, Œuvres oratoires, Bd. 1, S. 224, und Bd. 2, S. 175, Anm. 72.*

109 Admirabilis–patientia] In quo summa intellegitur iusticia ammirabilis, in quo potentia consiliarius, in quo sapientia fortis, in quo scilicet hominem tribulationum patientia *Le*

110 ex] *fehlt Le*

111 cogitatione] cognitione *Le*. *Eine Anspielung auf die seit der Patristik gängige Anschauung, dass dem Teufel die Empfängnis Jesu in Maria verborgen blieb, da sie ja mit Joseph vermählt war. Vgl. dazu DELIUS, Geschichte der Marienverehrung, S. 172.*

112 *Jes 7,14*

113 exclamauit] clamauit *Le*

114 huius] *fehlt M*

115 meum erit] erit meum *Le*



bolo fuerit occultus<sup>116</sup>. Ipse<sup>117</sup> tamen leui suspicione quadam<sup>118</sup> credendus est grauissime turbatus<sup>119</sup>. O sanctissima Uirgo<sup>120</sup>, admirabilis fuit iste tuus<sup>121</sup> ascensus, nam mirabile<sup>122</sup> fuit, quod sine exemplo permansisti integra<sup>123</sup>, mirabilius, quod in uirginitate fuisti fecunda<sup>124</sup>, sed mirabilissimum quod Mater Dei es facta<sup>125</sup>. Admirabilis<sup>126</sup> fuit iste tuus ascensus, et ascendere<sup>127</sup> non possumus ad eum<sup>128</sup>. Nam etsi<sup>129</sup> alicui detur seruare carnis integritatem, nemini<sup>130</sup> tamen alia duo sunt<sup>131</sup> collata. Ostende<sup>132</sup> igitur<sup>133</sup>, o Uirgo, nobis ascensum tuum<sup>134</sup> per secundum desertum, si forte in eo te euestigio<sup>135</sup> possimus imitari et si aliquid in eo experiamur<sup>136</sup> et saltem<sup>137</sup> in hoc primo tibi ualeamus aliquatenus assimilari.

§ 10 Ascendit igitur<sup>138</sup> Uirgo per secundum desertum tribus gradibus qui sunt: propositum uirginitatis, cognitio ueritatis, ardor caritatis<sup>139</sup>. Propositum uirginitatis, que<sup>140</sup> seruauit carnis integritatem. Cognitio ueritatis, que secuta est

116 fuerit occultus] fuisset occultatus *Le*

117 ipse] ipse ipse *M*

118 leui suspicione quadam] quadam leui suspicione *Le*

119 est grauissime turbatus] perturbatus *M*; grauissime fuisse turbatus *Le*

120 sanctissima Uirgo] Uirgo sanctissima *Le*

121 tuus] *fehlt Le*

122 mirabile] mirandum *Le*

123 permansisti integra] uirgo integra mansisti *Le*

124 fuisti fecunda] fecunda fuisti *Le*

125 es facta] facta es *Le*

126 Admirabilis] Sic ammirabilis *Le*

127 ascendere] *ergänzt am Rand Lo*

128 ascendere non possumus ad eum] nec ad eum pertingere possumus *Le*

129 etsi] si *Le*

130 nemini] nulli *Le*

131 sunt] *fehlt Le*

132 Ostende] Ostende nobis *Le*

133 igitur] ergo *M*

134 ascensum tuum] tuum ascensum *Le*

135 euestigio] uestigio *Le*

136 experiamur] reperiamus *Le*

137 et saltem] in quo ut *Le*

138 igitur] itaque *Le*; ergo *M*

139 propositum-caritatis] *fehlt Le*

140 que] quod *Le*

uentris<sup>141</sup> fecunditatem. Ardor caritatis, quo<sup>142</sup> magis ac<sup>143</sup> magis accensa est propter proles generositatem<sup>144</sup>. Propositum uirginitatis, quod Uirgo se immo etiam super precepta legis erogauit<sup>145</sup>. Cognitio ueritatis, que<sup>146</sup> in ea quoad {quid}<sup>147</sup> fidem euacuauit<sup>148</sup>. Ardor caritatis, quo<sup>149</sup> sponsa sponsum pre omnibus amauit. Propositum uirginitatis, secundum<sup>150</sup> quod ipsa<sup>151</sup> ait: *Quomodo fiet istud quem uirum non cognosco*<sup>152</sup>, id est non proposui co-(92r)gnoscere<sup>153</sup>. Cognitio ueritatis in ea, quoad {quid}<sup>154</sup> euacuauit fidem. Nam fides precessit, proles successit. Fides quoad hoc abcessit et scientia accessit. Fides precessit, proles successit<sup>155</sup>, quia si non<sup>156</sup> credidisset, numquam concepisset, vnde dicitur ei *Beata, que credidisti Domino, quam perficientur ista que dicta sunt tibi* a Domino<sup>157</sup>. Fides, que ab<sup>158</sup> hoc abcessit, et scientia, que<sup>159</sup> accessit, quia iam non credere, sed scire oportuit<sup>160</sup>, quod certissimo experimento didicit. Fides enim infra scientiam constituta est<sup>161</sup>. Et ut aliquid audacter dicam: Nulli alii creature tanta est in hoc mundo cognitio collata<sup>162</sup> quanta huic<sup>163</sup>, cum ipsa fuit uirtute altissimi obum-

141 uentris] *fehlt Le*

142 quo] *que Le*

143 ac] *et Le*

144 generositatem] *fecunditatem Lo; generositatem Le*

145 se-erogauit] *so in Le; uirgo super immo contra preceptum legis super erogauit Lo, M*

146 que] *que Le; quia Lo*

147 quid] *quod M*

148 quo ad quid fidem euacuauit] *quoad fidem euacuauit quid Le*

149 quo] *que Le*

150 secundum] *scilicet Le*

151 ipsa] *fehlt Le*

152 *Lk 1,34*

153 non proposui cognoscere] *me cognituram non proposui Le*

154 ad quid] *fehlt M*

155 Fides quoad hoc-successit] *fehlt M*

156 si non] *nisi Le*

157 *Lk 1,45*

158 que ab] *quo ad Le*

159 que] *fehlt Le*

160 oportuit] *fehlt M*

161 est-dicam] *est, quia fides est credere quod non uides ut autem aliud audacter dicam Le*

162 collata] *collata M; est Lo*

163 nulli-huic] *Nulli alii pure creature tanta in hoc mundo collata est cognitio quanta huic Le*

brata, et hoc confidenter dico, quia<sup>164</sup> *multe filie congregauerunt diuitias, sed ipsa supergressa est uniuersas*<sup>165</sup>. Ardor caritatis, qua ipsa pre ceteris sponsum amauit, fuit in ea<sup>166</sup>. Unde quodam singulari priuilegio amoris eum suum dilectum appellauit, ubi ait in Canticis<sup>167</sup>: *Fasciculus mirre, dilectus meus mihi*<sup>168</sup>. Mirre fasciculus collectio passionum Christi est<sup>169</sup> et Filii passio fuit Matri grauissima tribulatio<sup>170</sup>. Ideo<sup>171</sup> his uerbis figuratur, que Symeon significauit apertis cum dixit<sup>172</sup>: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*<sup>173</sup>.

§ 11 Ecce triplex ascensus quo Uirgo ascendit per desertum animi, quem<sup>174</sup> considerans homo<sup>175</sup> spirituali mente preditus<sup>176</sup> pre gaudio clamauit<sup>177</sup>: »*Que est ista que ascendit per desertum*. Huius ascensus credo quod meum erit remedium«. In hoc ascensu, uiri fratres, euestigio possumus Uirginem imitari<sup>178</sup>, quia etsi<sup>179</sup> non possumus habere carnis et mentis<sup>180</sup> integritatem, possumus tamen habere puritatem, ueritatem<sup>181</sup>, caritatem. Puritatem fidei que<sup>182</sup> uirginitas dicitur iuxta illud Apostoli: *Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo*<sup>183</sup>.

164 quia] nam *Le*

165 *Spr 31,29*

166 fuit in ea] et in karitate fuit *Le*

167 ubi ait in Canticis] ubi ait *Le*

168 *Hld 1,12*

169 passionum Christi est] est passionum Christi *Le*

170 fuit Matri grauissima tribulatio] fuit grauissima Matris tribulatio *Le*. Vgl. ALAIN VON LILLE, *Elucidatio in Cantica canticorum*, Sp. 62: Fasciculus myrrhæ, dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur: Sed antequam assumeretur in coelum dilectus meus, quem super omnia diligo, fuit mihi tempore passionis fasciculus myrrhæ, id est summa et multa amaritudo; quia passioni ejus compassa sum dolore intimo. Eleganter per myrrham doloris amaritudo significatur; quia myrrha amaritudo interpretatur.

171 Ideo] Ideo ergo *Le*

172 uerbis–dixit] figure figurans quod Symeon apertis cum ait *Le*

173 *Lk 2,34–35*

174 quem] quam *Lo, M*; quem *Le*. Vgl. § 15.

175 homo] hoc *Le*

176 preditus] *fehlt Le*

177 clamauit] clamat *Le*

178 Uirginem imitari] imitari Uirginem *Le*

179 etsi] si *Le*

180 carnis et mentis] mentis et corporis *Le*

181 puritatem, ueritatem] ueritatem, puritatem *M*

182 puritatem–que] cum puritate ueritatem, cum puritate fidei karitatem que puritas *Le*

183 *2 Kor 11,2*

Habere quidem<sup>184</sup> possumus puritatem in mentis deuotione, veritatem in Dei cognitione, caritatem in fraterna dilectione. Hoc habere possumus, hoc habere tenemur<sup>185</sup>. Hec si habuerimus<sup>186</sup>, dabitur cuilibet nostrum Uirgini aliquatenus assimilari, in eo quod in ascensu<sup>187</sup> primi deserti habueri{n}t<sup>188</sup>, dabitur cuilibet nostrum ut sit theotoca<sup>189</sup>, id est mater Dei, et Iesus<sup>190</sup> Christus sit filius eius. Non abhorreas<sup>191</sup>, fidelis anima, quod dico Iesum Christum posse esse filium tuum, nam Iesus Christus in te formari potest<sup>192</sup>, immo formatus est<sup>193</sup>. Si mihi non credis, crede Apostolo dicenti: *Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in uobis*<sup>194</sup>. Et si Christus in te formatus est<sup>195</sup>, nonne filius tuus est? Si hoc tibi non sufficit, audi ipsam ueritatem dicentem. *Qui facit uoluntatem Patris mei ipse meus frater et soror et mater est*<sup>196</sup>. Frater, qui ad eandem hereditatem mecum<sup>197</sup> tandem peruenturus anhelat et (92v) currit. Mater, quia me concepit<sup>198</sup>. Soror, quia mihi alios parturit. Potes igitur esse<sup>199</sup> mater Domini.

184 Habere quidem] Nostram quidem habere *Le*

185 Hoc-tenemur] Hec habere possumus et tenemur *Le*

186 Hec si habuerimus] Etsi hec habuimus *Le*

187 quod in ascensu] quod ascensum *Le*

188 habuerint] habuit *Le*

189 dabitur-theotoca] dabitur siquidem nostrum cuilibet ut sit theotocos *Le*

190 et Iesus] et uir Iesus *Le*

191 abhorreas] abhorreat *Lo, M*; abhorreas *Le*

192 in te formari potest] potest in te formari *Le*

193 Vgl. *hierzu AUGUSTINUS, De sancta uirginitate, 5, 5, S. 239*: non est ergo, cur dei uirgines contristentur, quod etiam ipsae uirginitate seruata matres carnis esse non possunt; illum enim solum decenter uirginitas parere posset, qui in sua natiuitate parem habere non posset. uerumtamen ille unius sanctae uirginis partus omnium sanctarum uirginum est decus, et ipsae cum maria matres christi sunt, si patris eius faciunt uoluntatem. hinc enim et maria laudabilius atque beatius christi mater est secundum supra memoratam eius sententiam: quicumque facit uoluntatem patris mei qui in caelis est, ipse mihi frater et soror et mater est. has sibi omnes propinquitates in populo, quem redemit, spiritualiter exhibet: fratres et sorores habet sanctos uiros et sanctas feminas, quoniam sunt illi in caelesti hereditate coheredes. mater eius est tota ecclesia, quia membra eius, id est fideles eius per dei gratiam ipsa utique parit. item mater eius est omnis anima pia faciens uoluntatem patris eius fecundissima caritate in his quos parturit, donec in eis ipse formetur.

194 uobis] *korrigiert aus nobis Lo. Vgl. Gal 4,19*

195 in te formatus est] iam formatus est in te *Le*

196 *Mt 12,50*

197 mecum] *fehlt Le*

198 concepit] concipit *Le*

199 Potes igitur esse] potens igitur est *Le*; potest ergo esse *M*

§ 12 Ascendit igitur<sup>200</sup> Mater Domini<sup>201</sup> per desertum celi tribus gradibus qui<sup>202</sup> sunt: nostre nature gloriosissima<sup>203</sup> reformatio, centesimi fructus certissima<sup>204</sup> perceptio<sup>205</sup>, sponse cum sponso excellentissima inmo<sup>206</sup> indiuidua et collateralis cohabitatio<sup>207</sup>. Nostre nature reformatio, que ab omnibus fidelibus speratur. Centesimi fructus perceptio, que solis uirginibus reseruatur. Indiuidua et collateralis sponse cum sponso habitatio<sup>208</sup>, qua sola Uirgo Maria<sup>209</sup> priuilegiatur. Ad primum gradum ascendunt predestinati omnes<sup>210</sup>. Ad secundum soli et sole uirgines. Ad tertium sola ipsa Uirgo<sup>211</sup> ascendit et eius soboles<sup>212</sup>.

§ 13 Ascendamus<sup>213</sup> quidem<sup>214</sup> ad primum<sup>215</sup> fauente Domino et reformabitur nostra natura, que per peccatum multipliciter est deformata. Reformabimur, ubi uidebimus Deum facie ad faciem<sup>216</sup>, audiemus dulcisonos<sup>217</sup> angelorum choros, odorabimur<sup>218</sup> inestimabilem paradysi fragrantiam, gustabimus quam suauis est Dominus. Tactus noster<sup>219</sup> nullum sentiet offendiculum, in duro uel aspero, calido<sup>220</sup> uel frigido, quia omnia erunt<sup>221</sup> temperata. Tres uires<sup>222</sup> anime

200 igitur] ergo *M*

201 Ascendit igitur mater Domini] Ascendit etiam beata Uirgo *Le*

202 qui] que *Le*

203 gloriosissima] gloriosa *Le*

204 certissima] excellentissima *Le*

205 *Mt 13,8 und ALAIN VON LILLE, Distinctiones dictionum theologicalium, Sp. 799: Fructus: [...]. Dicitur vita aeterna, unde in Evangelio dicitur de fidelibus qui sunt in Ecclesia quod quidam faciunt fructum tricesimum, quidam sexagesimum, quidam centesimum.*

206 excellentissima inmo] *fehlt Le*

207 cohabitatio] habitatio *Le*

208 Nostre–habitatio] *so in Le; fehlt Lo, M, vermutlich Zeilensprung nach cohabitatio*

209 Maria] *fehlt Le*

210 predestinati omnes] omnes predestinati *Le*

211 Uirgo] *fehlt Le*

212 et eius soboles] quo precesserat eius soboles *Le*

213 Ascendamus] Ascendemus *Lo; Ascendamus Le*

214 quidem] *fehlt Le*

215 ad primum] ad primum et nos *Le*

216 faciem] facie *Le*

217 audiemus dulcisonos] ubi audiemus dulcissimos *Le*

218 odorabimur] ammirabimur *Le; adorabimus M*

219 Tactus noster] Ubi noster tactus *Le*

220 calido] in calido *Le*

221 omnia erunt] ibi erunt omnia *Le*

222 Tres uires] Tres ibi uires *Le*

nostre redintegrabuntur, ut sit memoria sine obliuione, ratio sine errore, uoluntas absque<sup>223</sup> perturbatione<sup>224</sup>. Quid plura<sup>225</sup>? Percipiemus<sup>226</sup> ea, que *nec oculus uidit, nec auris<sup>227</sup> audiuit, nec in cor hominis ascenderit, que preparauit Deus diligentibus se<sup>228</sup>*. Oculus non uidit, quia<sup>229</sup> sunt abscondita. Auris non audiuit, quia<sup>230</sup> sunt in pace quietissima. In cor hominis non ascenderunt, quia<sup>231</sup> sunt incomprehensibilia. Ad hunc gradum tanto excellentius beata Uirgo ascendit, quanto ipsa omnibus excellentior est.

§ 14 Centesimi fructus<sup>232</sup> perceptio reseruatur uirginibus<sup>233</sup>, qui bene<sup>234</sup> per<sup>235</sup> centenarium intellegitur, quia secundum manualementem computationem in dextera computatur<sup>236</sup>, cum omnes precedentes in<sup>237</sup> sinistra computentur<sup>238</sup>. Dextera enim manus agilior est<sup>239</sup> et ad preliandum faciliior. Sinistra uero ponderosior et ad resistendum inbecillior<sup>240</sup>. Et qui uirginitatem in adolescentia seruauerunt<sup>241</sup>, ad modum dextere ad resistendum motibus carnis sunt proniores<sup>242</sup>, cum econtra<sup>243</sup> coniugati et continentes<sup>244</sup>, quibus debetur tricesimus et

223 absque] sine *Le*

224 Vgl. zu den drei Vermögen auch ALAIN VON LILLE, *De fide catholica*, III, 5, Sp. 406, und PARRI, *Alano di Lilla*, S. 252, Anm. 23. In »De fide catholica« ist die Rede von memoria, intelligentia und uoluntas, was den Ausführungen in Augustinus' »De trinitate« entspricht.

225 Quid plura] quid plura tunc *M*

226 Percipiemus] Percipiemus ibi *Le*

227 auris] über der Zeile *Lo*

228 1 Kor 2,9

229 quia] que *Le*

230 quia] que *Le*

231 quia] que *Le*

232 Vgl. Anm. 205.

233 reseruatur uirginibus] uirginibus reseruatur *Le*

234 qui bene] qui fructus bene *Le*

235 per] pre *M*

236 in dextera computatur] *Am Rand Lo*; in dextera collocatur *Le*

237 precedentes in] precedentes quasi in *Le*

238 Diese Zählweise beschreibt auch Prepositinus in seinem »Tractatus de officiis«. Siehe LACOMBE, *Prepositini cancellarii Parisiensis*, S. 6, Anm. 6.

239 agilior est] est agilior *Le*

240 inbecillior] zuvor ponder gestrichen in *Lo*

241 seruauerunt] seruabunt *Lo*, dolescentia [sic] seruabunt *M*; seruauerunt *Le*

242 proniores] promptiores *Le*

243 econtra] contra *Lo, M*; econtra *Le*

244 coniugati et continentes] continentes et coniugati *Le*

sexagesimus fructus<sup>245</sup>, admodum leue imbecilliores inueniantur et nisi Dei auxilio adiuuentur<sup>246</sup>, praua consuetudine reuocantur et<sup>247</sup> facillime periclitantur. Habebunt igitur<sup>248</sup> uirgines quendam singularem fulgorem, quo ab aliis distinguantur<sup>249</sup>, quia uitam angelicam in terris egisse probantur<sup>250</sup>. Hunc fulgorem tanto clariorem habet beata Uirgo Maria<sup>251</sup> quanto maior<sup>252</sup> est<sup>253</sup>, quia<sup>254</sup> nec primam similem <esse> uisa est, nec habere sequentem. Indiuidua et collateralis cum sponso habitatio soli Uir-(93r)gini data est. Nam uerus<sup>255</sup> Salomon Matris<sup>256</sup> sedem iuxta suum tronum<sup>257</sup> posuit ut ei ueraciter<sup>258</sup> dicere possimus: *Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaureato circumamicta uari<e>tate*<sup>259</sup>.

§ 15 Ecce triplex ascensus quo beata Uirgo ascendit<sup>260</sup> per desertum poli, quem<sup>261</sup> considerans celestium<sup>262</sup> chorus tripudians clamauit: »*Que est ista*

245 Vgl. hierzu AUGUSTINUS, *De sancta uirginitate*, 45, 46, S. 290: sed quid significet fecunditatis illa diuersitas, uiderint, qui haec melius quam nos intellegunt: siue uirginalis uita in centeno fructu sit, in sexageno uidualis, in triceno autem coniugalis; siue centena fertilitas martyrio potius inputetur, sexagena continentiae, tricena conubio; siue uirginitas accedente martyrio centenum fructum inpleat, sola uero in sexageno sit, coniugati autem tricenum ferentes ad sexagenum perueniant, si martyres fuerint; siue, quod probabilius mihi uidetur, quoniam diuinae gratiae multa sunt munera et est aliud alio maius ac melius – unde dicit apostolus: imitami autem dona meliora – intellegendum est plura esse quam ut in tres differentias distribui possint.

246 Dei auxilio adiuuentur] magno Domini auxilio inuentur *Le*

247 reuocantur et] reuocante *Le*

248 igitur] enim *Le*

249 distinguantur] distinguntur *Le*

250 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Ars praedicandi*, 47 (*Ad uirgines*), Sp. 195: Per hoc [scil. donum] solum homo in carne uivens, imitatur angelum; per hoc solum homo uincit se ipsum; hoc seruat famae integritatem, custodit ab immunditia carnem.

251 Maria] *fehlt Le*

252 maior] omnibus excellentior *Le*

253 est] *nach e mit Kürzungsstrich wurde s radiert in Lo*

254 quia] *fehlt Le*

255 uerus] noster uetus *Le*

256 matris] matris sue *Le*

257 sedem iuxta suum tronum posuit] sedem iuxta suam posuit *Le*

258 ueraciter] uere *Le*; feraciter *M*

259 *Ps 44(45),10. Zur marianischen Deutung des Psalms, befördert durch Petrus Lombardus, siehe BARRÉ, Marie et l'Église, S. 115.*

260 quo beata Uirgo ascendit] ascendit *über der Zeile Lo*; quo ascendit Uirgo *Le*

261 quem] quam *Le*

262 celestium] celestis *Le*

*que ascendit per desertum.* Scio quod huius ascensus erit mihi perpetuum gaudium<sup>263</sup>. Iam patet, quod Uirgo ascendit per desertum, sed quomodo ascendit nondum dictum est. Sed modus ascendendi breuiter insinuat<sup>264</sup> cum dicitur *sicut uirgula*<sup>265</sup>. Comparata<sup>266</sup> est beata Uirgo uirgule propter tria, que solent esse in uirgula<sup>267</sup>. Nam ipsa Uirgo ad modum uirgule fuit recta<sup>268</sup>, erecta<sup>269</sup>, porrecta, frondosa, florifera, fructifera, humilis, flexibilis, facilis<sup>270</sup>. In primis tribus<sup>271</sup> nostrum non est dedignata<sup>272</sup> consortium. In tribus mediis mundo attulit redemptionis remedium<sup>273</sup>. In tribus<sup>274</sup> postremis nobis confert iuge suffragium.

§ 16 Fuit quidem beata Uirgo recta per fidem, erecta per spem, quia quod credidit in se complendum sperauit. Fuit etiam<sup>275</sup> porrecta<sup>276</sup> per longanimitatem<sup>277</sup>, quia ubi omnes alii ceciderunt, ipsa sola permansit. Ubi enim Petrus negauit, qui dixerat: *Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo*<sup>278</sup>, ipsa permansit. Ubi Thomas retro abiit<sup>279</sup>, qui dixerat: *Eamus et nos, et moriamur cum eo*<sup>280</sup>, ipsa permansit. Ubi Maria Magdalena post resurrectionem utrum Christus

263 erit mihi perpetuum gaudium] perpetuum mihi erit gaudium *Le*

264 insinuat] insinuabitur *Le*

265 sicut uirgula] sicut uirgula fumi *Le*

266 Comparata] Ecce comparata *Le*

267 solent esse in uirgula] in uirgula consueuerunt esse, *nach uirgula expungiert* esse *Le*

268 recta] *über der Zeile* *Lo*

269 erecta] id est erecta *Le*

270 facilis] *danach gestrichen* stabilis *Lo*

271 primis tribus] *nach* primis tribus *expungiert* primis tribu *Le*

272 nostrum non est dedignata] nostrum non dedignatur *Le*

273 attulit redemptionis remedium] remedia attulit redemptionis, *danach expungiert* remedium *Le*

274 In tribus] In primis et *Le*

275 quia quod credidit in se complemdum sperauit. Fuit etiam] *fehlt* *Le*

276 porrecta] porrecta usque in celum *Le*

277 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Sermo* Nr. 2, S. 405: Sicut enim uirga in altum dirigitur, sic Virgo ad eterna erigitur, und DERS., *Sermo* Nr. 38, S. 17: Et sicut virga in altum erigitur et recta linea dirigitur, sic virgo Maria in altum beatitudinis erecta et tramite virtutum directa.

278 *Mt* 26,35

279 Ubi–abiit] Ibi Thomas abiit retro *Le*

280 *Joh* 11,16



equalis esset Patri dubitavit<sup>281</sup>, unde et audire meruit: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum*<sup>282</sup> in corde suo<sup>283</sup> ipsa permansit.

§ 17 Fuit quoque beata Uirgo frondosa, florigera, fructifera. Nam ipsa est uirga Aaron, que frondit<sup>284</sup>, floruit et fructus uberrimos attulit. Frondit singularem uirtutum germine, floruit in conceptione, fructus attulit in salutiferi partus emissionem.

§ 18 Fuit et est Uirgo Dei genitrix humilis, flexibilis, facilis. Humilis ad audiendum, flexibilis ad compatiendum, facilis ad miserendum. Ad audiendum humilis est<sup>285</sup>. Vnde ipsa ait<sup>286</sup>: *Ecce*<sup>287</sup> *ex hoc beatam me dicent omnes generationes*<sup>288</sup>. Si enim eam in se humilem<sup>289</sup> et non circa nos esse<sup>290</sup> crederemus<sup>291</sup>, uix eam communiter omnes<sup>292</sup> et singulatim singuli beatam esse diceremus. Flexibilis est<sup>293</sup> ad compatiendum, unde et<sup>294</sup> stella maris appellatur. Ipsa quidem<sup>295</sup> est stella, sol Christus est<sup>296</sup>, unde tamquam stella in nocte peccatorem<sup>297</sup> consolatur, et per Christum tamquam per solem in die iustus illuminatur. Ad (93v) miserendum est Uirgo<sup>298</sup> facilis, unde omnes salutamus eam dicentes: *Aue Maria, gratia plena,*

281 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Distinctiones dictionum theologicalium*, Sp. 711f.: Ascendere: [...]. Notat aequalitatem Patris ad Filium, unde in Evangelio: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum, id est noli me tangere tactu corporis, quae non tangis me tactu mentis, quasi diceret: Nondum me cognoscis esse aequalem Patri.

282 Joh 20,11–17

283 suo] tuo Lo, M; suo Le

284 frondit] fehlt Le

285 est] fehlt Le

286 ait] inquit Le

287 Ecce] fehlt Le

288 Lk 1,48

289 in se humilem] humilem in se Le

290 esse] fehlt Le

291 crederemus] Le; crediderimus Lo; credidimus M

292 omnes] Le; fehlt Lo, M

293 est] fehlt Le

294 et] et ipsa Le

295 quidem] quidam M

296 sol Christus est] sol Christus Le

297 peccatorem] danach est gestrichen Lo

298 Uirgo] fehlt Le

*Dominus tecum etc*<sup>299</sup>. *Sicut*<sup>300</sup> *letantium omnium habitatio est in te, sancta Dei genitrix*<sup>301</sup>.

§ 19 Iam apparet quod Uirgo ascendit per desertum<sup>302</sup> sicut uirgula, sed cuiusmodi uirgula? Non uirgula insensibilis ligni, sed uirgula fumi. In fumo tria sunt: fumus ex igne procedit, in altum ascendit, ascendendo deficit. Fumus ex igne est desiderium<sup>303</sup> ex amore<sup>304</sup>. Fumus ascendit in altum et desiderium in Deum. Fumus ascendendo deficit et desiderium scrutandi aliquid de Deo eum incomprehensibilem inuenit. Nam<sup>305</sup> *accedet homo ad cor altum et exaltabitur Deus*<sup>306</sup>. Ex igne caritatis, quem Dominus uenit mittere in terram<sup>307</sup> ut semper arderet. Illius desiderium tamquam fumus ad Deum<sup>308</sup> ascendebat, qui dicebat<sup>309</sup>: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te, Deus*<sup>310</sup>. Ascendebat et deficiebat<sup>311</sup> illius desiderium<sup>312</sup>, qui dicebat<sup>313</sup>: *Concupiscit et deficit anima mea in atria Deum*<sup>314</sup>. Verum, quia ex<sup>315</sup> igne cupiditatis fumus elationis ascendit<sup>316</sup>, qui scrutando scrutinia deficit, iuxta illud: *Sicut deficit fumus, deficiant etc*<sup>317</sup>. Ne de tali

299 Vgl. Lk 1,28 sowie die gleichnamige Antiphon zu Mariae Purificatio

300 Sicut] et sicut Le

301 Ps 86(87),7

302 per desertum] fehlt Le

303 desiderium] desidium Le

304 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Elucidatio in Cantica canticorum*, Sp. 74: Bene quasi uirgula fumi, quia gracilis et delicata, quia diuinis extenuata disciplinis, et concremata intus in holocaustum incendio pii amoris et desiderio charitatis.

305 desiderium–nam] desiderium ascendit ad Deum. Fumus ascendendo deficit et desiderium scrutandi de Deo quam incomprehensibilem deficit: inuenit. Vnde illud Le

306 Ps 64(63),7–8

307 quem–terram] quam misit Deus in mundum Le

308 ad Deum] Le; fehlt Lo

309 ascendebat, qui dicebat] ascendit, qui dixit Le

310 Ps 41(42),2

311 Ascendebat et deficiebat] Ascendit et defecit Le

312 desiderium] fumus Le

313 dicebat] dixit Le

314 Ps 83(84),3

315 ex] fehlt Le

316 fumus elationis ascendit] ascendit fumus elationis Le

317 Ps 67(68),2–3. Vgl. auch ALAIN VON LILLE, *Distinctiones dictionum theologicalium*, Sp. 761: Deficere: [...]. Deficere ab amore terrenorum, unde in Psalmo: Concupiscit, et deficit anima mea, tendens scilicet in atria Domini, id est anima mea deficiens a terrenorum area, tendit in atria Domini.

fumo intellegatur, adiectum est *ex aromatibus mirre et thuris*<sup>318</sup>, quasi diceretur<sup>319</sup>: Non est fumus, quo oculus offenditur, non<sup>320</sup> est hic fumus, quo iuxta Salomonem homo de domo pellitur<sup>321</sup>, sed est fumus, quo homo ad patriam reuocatur et quasi in domo propria delectatur, quia est<sup>322</sup> ex aromatibus mirre et thuris et uniuersi pulueris pigmentarii.

§ 20 In mirra intellegitur carnis mortificatio<sup>323</sup>, in thure oratio<sup>324</sup>, in puluere humiliatio<sup>325</sup>. Mortificatio<sup>326</sup> in tribus est: In ieiuniis, vigiliis<sup>327</sup>, corporalibus disciplinis. In ieiuniis, que Dominus<sup>328</sup> elegit<sup>329</sup> iuxta illud: *Hoc est ieiunium quod elegi* etc<sup>330</sup>. In uigiliis, quas precepit<sup>331</sup> iuxta illud<sup>332</sup>: *Quod uni dico, omnibus dico: Vigilate*<sup>333</sup>. In disciplinis, quibus corrigit iuxta illud: *Disciplina tua correxit me in finem*<sup>334</sup>. Ieiunia extenuant ingluuiem gula. Vigilie arcent corporalem somnolentiam<sup>335</sup>. Corporales discipline temperant et quasi adnichilant uicium luxurie<sup>336</sup>. Hec sunt tria uicia, scilicet<sup>337</sup> gula, somnolentia, luxuria, que

318 mirre et thuris] *fehlt Le*

319 quasi diceretur] *quod dicit Le*

320 non] *nec Le*

321 *Vgl. auch ALAIN VON LILLE, Ars praedicandi, 5, Sp. 122: [luxuria] est illa pestis, quae illa tria complectitur per quae homo a domo ejicitur; scilicet, fumum, stillicidium et uxorem. Uxor est carnalitas, stillicidium luxuriae fluxibilitas, fumus infamiae enormitas.*

322 est] *fehlt Le*

323 *Vgl. ALAIN VON LILLE, Distinctiones dictionum theologicalium, Sp. 868: Myrrha: Dicitur carnis mortificatio.*

324 *Vgl. ibid., Sp. 973: Thus, proprie. Dicitur devotio cordis, und Sp. 883: Orare: [...]. Notat mentis devotionem ad Deum dirigere, unde sancti dicuntur orare pro nobis.*

325 *Vgl. ibid., Sp. 915: Pulvis: [...]. Aliquando notat poenitentiam, unde Isaias: Sede in pulvere, filia Sion, id est humiliare per poenitentiam.*

326 mortificatio] *mortificatio carnis Le*

327 vigiliis] *in vigiliis Le*

328 Dominus] *Deus Le*

329 elegit] *elegit. In vigiliis quas precepit. In disciplinis quibus per se uel per ministros suos corrigit. In ieiuniis Le*

330 quod elegi] *quod elegi. Solue colligationes impietatis etc. Le. Vgl. Jes 58,6*

331 quas precepit] *fehlt Le*

332 Hoc-illud]

333 *Mk 13,37*

334 *Ps 17(18),36*

335 corporalem somnolentiam] *corporem somnolentie Le*

336 et quasi adnichilant uicium luxurie] *luxuriam et quasi annichilant Le*

337 scilicet] *fehlt Le; scilicet uicia M*

beatus Petrus nomine insatiabilis<sup>338</sup> delicti appellat, dicens: *habentes oculos plenos adulterii et insatiabilis delicti*<sup>339</sup>. Ex contrariis his<sup>340</sup> est mirra illa, de qua dicit sponsa in canticis: *digiti mei distillabunt mirram probatissimam*<sup>341</sup>.

§ 21 Oratio quoque, que per thus intellegitur, tripartita est: quia<sup>342</sup> debet esse pura, ampla, deuota. Ampla, ut usque<sup>343</sup> ad inimicos protendatur, deuota, ut pie ac<sup>344</sup> perseue-(94r)ranter petatur, pura, ut ab interno ad externum pro solo eterno proficiscatur<sup>345</sup>. Ampla iuxta illud: *Orate pro persequentibus uos*<sup>346</sup>. Deuota, unde<sup>347</sup> *quodcumque petieritis Patrem in nomine meo*<sup>348</sup> *dabit uobis*<sup>349</sup>. Pura, de qua<sup>350</sup> propheta: *Apud me oratio Deo uite mee*<sup>351</sup>. Hoc est illud thus<sup>352</sup>, de quo dictum est: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*<sup>353</sup>.

§ 22 Humiliatio etiam, que per puluerem designatur<sup>354</sup>, triplicem habet gradum, scilicet contemptum dominationis, patientiam subiectionis, tolerantiam tribulationis<sup>355</sup>. Hec tria uirtutum constantiam probant<sup>356</sup>. Contemptu dominationis caruit Lucifer, qui dicebat<sup>357</sup>: *Ascendam in celum et similis ero*

338 insatiabilis] insanabilis *Le*; instabilis *M*

339 insatiabilis] insanabilis *Le*; instabiles *M*. *Vgl. 2 Petr 2,14*

340 contrariis his] his contrariis *Le*

341 *Hld 5,5*

342 quia] que *Le*

343 usque] *fehlt Le*

344 ac] et *Le*

345 interno-profiscatur] perficiatur *M*; interno ad eternum pro solo eterno postuletur *Le*

346 *Mt 5,44*

347 unde] ut *Le*

348 meo] *über der Zeile Lo*

349 *Joh 15,16*

350 de qua] de qua *Le*; de quo *Lo*

351 *Ps 41(42),9*

352 thus] chorus *M*

353 *Ps 140(141),2*

354 designatur] significatur *Le*

355 *Vgl. ALAIN VON LILLE, Elucidatio in Cantica canticorum, Sp. 57: Per tabernacula Cedar, significatur impetus tribulationum, cui exposita fuit Virgo gloriosa; non tantum in se, sed et in filii angustia. Filii enim tribulationes vocabat suas, et ejusdem adversitates a se non faciebat alienas. Unde ad ipsam dictum est: »Et tuam ipsius animam pertransibit gladius«.*

356 Hec-probant] Contemptus dominationis perimit superbiam, patientia subiectionis auget obedientiam, tolerantia tribulationis uirtutis probat constantiam *Le*

357 qui dicebat] cum ait *Le*

*Altissimo*<sup>358</sup>. Patientia subiectionis caruit primus parens<sup>359</sup>, qui uoluit esse sine domino. Tolerantia tribulationis carent illi, *qui ad tempus credunt et in tempore temptationis*<sup>360</sup> *recedunt*<sup>361</sup>. De quibus Psalmista<sup>362</sup>: *Filii Effrem intendentes et mittentes arcum, conuersi sunt in die belli*<sup>363</sup>. Effrem interpretatur refrigerium et significat Christum, cuius filii sunt omnes Christiani. In nomine uero Iesu Christi, ueri refrigerii, intendimus arcum deliberationis et mittimus sagittas promissionis<sup>364</sup>, sed conuertimur in die belli, abeuntes retro tempore temptationis<sup>365</sup>. Hic est ille puluis de quo et per quem Dominus egenum<sup>366</sup> suscitatur et exaltatur, quia *qui se humiliat, exaltabitur*<sup>367</sup>. Bene autem per puluerem intellegitur humilitas, quia pigmenta in puluerem redacta ualent ad confectionem et uirtutem<sup>368</sup> in oculis facientes quasi per humilitatem in puluerem redacte perducunt<sup>369</sup> ad perfectionem. Hanc mirram et hoc thus et hunc puluerem, uiri fratres, habere<sup>370</sup> potestis et debetis.

§ 23 Set alia est specialis<sup>371</sup> mirra ipsius Uirginis, aliud thus et alius<sup>372</sup> puluis. Eius mirra<sup>373</sup> est fomitis peccati in ea<sup>374</sup> extinctio. Eius thus in solum Deum mentis erectio. Eius puluis absque omni murmuratione facta subiectione<sup>375</sup>.

358 *Jes 14,12–14*

359 parens] homo *Le*; parens cum *M*

360 temptationis] *Le*; tribulationis *Lo*

361 *Lk 8,13*

362 Psalmista] Spalmista *Le*

363 *Ps 77(78),9*

364 Effrem–promissionis] Ego miser et alii plures sumus filii Effrem solo nomine Iesu Christi frugiferi, qui intendimus arcum deliberationis et arcum [arcum *über der Zeile*] mittimus promissionis *Le*. Vgl. ALAIN VON LILLE, *Distinctiones dictionum theologicalium*, Sp. 708: Arcus: [...] Dicitur comminatio vel promissio, unde in Psalmo: Filii Ephrem intendentes et mittentes arcum, id est mittentes vel facientes comminationem vel promissionem, dicentes: Quidquid dices nobis, faciemus et audiemus.

365 abeuntes retro tempore temptationis] id est in tempore temptationis abeuntes retro *Le*

366 egenum] Egiptum *Le*

367 *Lk 18,14*

368 confectionem et uirtutem] confectiones et uirtutes *Le*

369 per–perducunt] pulueres per humilitatem redacte ducunt *Le*

370 habere] *fehlt M*

371 specialis] spiritualis *Le*

372 et alius] aliud *Le*

373 mirra] murra *Le*

374 in ea] *fehlt Le*

375 absque omni murmuratione facta] Deo absque murmuratione uoluntaria *Le*

Fomitis peccati extinctio, ut post aduentum Spiritus Sancti eam nec inmodico moueret luxuria<sup>376</sup>. In solum Deum mentis erectio, ut eam non tangeret uana gloria. Absque omni murmuratione subiectio, ut in ea<sup>377</sup> nichil posset superbia. Ei soli in hoc mundo hec<sup>378</sup> tria data<sup>379</sup> sunt, ut<sup>380</sup> cum Filio dicere posset<sup>381</sup>: *Venit princeps mundi huius et in me non habet quidquam*<sup>382</sup>. Vere<sup>383</sup> de Uirgine dictum est: *Que est ist que ascendit per desertum sicut uirgula fumi ex aromatibus mirre et thuris et uniuersi pulueris pigmentarii*.

§ 24 Sed adhuc aliquid aliud in uerbis istis<sup>384</sup> latere uidetur, ex hoc quod dicitur: *Ex aromatibus myrre et thuris*. Nam aliud est aroma myrre, aliud mirra<sup>385</sup>. Aroma mirre odor myrre est et potus<sup>386</sup> eius efficacia. Est igitur myrra mortificatio carnis<sup>387</sup> et aroma myrre<sup>388</sup> eiusdem incorrup-(94v)tio. Nam hec est differentia myrre siue efficitia<sup>389</sup>, ut carnes incorruptas conseruet<sup>390</sup>. Thus est mentis deuotio et aroma thuris eiusdem glorificatio. Vniuersus puluis pigmentarii est uirtutum per humilitatem multiplicatio, et aroma uniuersi pulueris est multiplicium premiorum cumulatio<sup>391</sup>.

§ 25 Cum his tribus ascendit beata Uirgo. De secundo et de tercio nulli uenit in dubium, sed et primum firmiter assero, quia illud attestante Scriptura

376 eam nec inmodico moueret luxuria] nulla moueretur luxuria *Le*; vgl. ALAIN VON LILLE, *Elucidatio in Cantica canticorum*, Sp. 61: id est caro mea fragilis [...], adventu Spiritus sancti mundata, fomite peccati extincto, in ea dedit odorem suum.

377 ea] *Le*; eam *Lo*

378 hec] *über der Zeile Lo*

379 data] collata *Le*

380 ut] ut ipsa *Le*

381 posset] possit *M*

382 *Joh 14,30*

383 Vere] Vere igitur *Le*

384 uerbis istis] his uerbis *Le*

385 mirra] *Le*; mirre *Lo*

386 myrre est et potus] est mirre uel potius *Le*

387 myrra mortificatio carnis] mortificatio carnis mirra *Le*; ergo mirra carnis mortificatio *M*

388 myrre] mirre est *Le*

389 differentia myrre siue efficitia] efficitia mirre *Le*; est differentia est mirre siue efficitia *M*

390 incorruptas conseruet] seruet incorruptas *Le*

391 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Elucidatio in Cantica canticorum*, Sp. 74f.: Ut uirgula, inquit, fumi ex aromatibus; nimirum quia multis erat repleta uirtutum odoribus; manans ex ea fragrabat suavissimus odor etiam spiritibus angelicis.

Sacra<sup>392</sup> uerum esse, non dubito. Quia hec est illa Iahel de qua dicit angelus in libro iudicum: *Benedicta Iahel*<sup>393</sup> *inter mulieres benedicatur in tabernaculo suo*<sup>394</sup>. Duo dicit<sup>395</sup> ut duplicem ab ea remoueat maledicionem<sup>396</sup>, specialem mulieris maledicionem<sup>397</sup>, qua dictum est: *In dolore et tristitia paries filios*<sup>398</sup> et generalem uiri et mulieris maledicionem<sup>399</sup>, qua dictum est: *Terra es et in terram ibis*<sup>400</sup>. Benedicta igitur fuit beata Uirgo inter mulieres, quia nullum in partu sensit dolorem<sup>401</sup>. Et benedicta in tabernaculo suo, quia corpus eius sanctum non est datum uidere corruptionem<sup>402</sup>. Nomine enim tabernaculi corpus eius intellegitur, iuxta illud Petri: *Instat dissolutio tabernaculi mei*<sup>403</sup>.

§ 26 Hec est illa, que a Domino tercio uocatur dicente: *Veni de Lybano, ueni sponsa de Lybano, ueni*<sup>404</sup>. Quasi dicatur ei<sup>405</sup>: Veni primo<sup>406</sup> in bone conuersationis candidatione<sup>407</sup>. Veni secundo<sup>408</sup> in perceptione prime stole<sup>409</sup>, que datur in corporis et anime dissolutione. Veni tercio in perceptione secunde stole, que confertur in eorundem coniunctione<sup>410</sup>. Si de anima beate Uirginis illud uerum est<sup>411</sup>, quod dicit beatus Augustinus<sup>412</sup> de animabus, scilicet quod quodam appe-

392 attestante Scriptura Sacra] testante Sacra Scriptura *Le*

393 Iahel] *Le*; Iahel *Lo*

394 *Ri 5,24–25*

395 dicit] ponit *Le*

396 maledicionem] maledicionem, scilicet *Le*

397 mulieris maledicionem] maledicionem mulieris de *Le*

398 *Gen 3,16*

399 uiri et mulieris maledicionem] maledicionem uiri et mulieris *Le*

400 *Gen 3,19*

401 in partu sensit dolorem] sensit in pariendo dolorem *Le*

402 uidere corruptionem] in corruptionem *Le*; *M*

403 *2 Petr 1,14*

404 *Hld 4,8*

405 Quasi dicatur ei] Ter dictum est ueni, quasi diceretur ei primo *Le*

406 primo] *fehlt Le*

407 Vgl. AUGUSTINUS, *Enarrationes in psalmos, psalmus 71, 18, S. 983*: Libanum solemus accipere ueluti huius saeculi dignitatem; quoniam mons est Libanus excelsas arbores habens, et nomen ipsum interpretatur candidatio.

408 secundo] *über der Zeile Lo*

409 perceptione prime stole] prime stole perceptione *Le*. Vgl. *Lk 15,11–32*

410 Veni–coniunctione] *fehlt Le*

411 illud uerum est] secundum dictum sit *Le*

412 quod dicit beatus Augustinus] quod Augustinus ait *Le*

titu incorporandi retardantur ne intendant in illud celum summum<sup>413</sup> et non diligant ex toto corde<sup>414</sup> Deum<sup>415</sup>, non uideo qualiter ipsa exaltata sit super omnes<sup>416</sup> choros angelorum. Non<sup>417</sup> sine causa dictum est: *Tota pulcra es, amica mea et macula non est in te, tota pulcra es*<sup>418</sup>, ut et corporis et anime glorificatio uocaretur<sup>419</sup>. Salua pace Domini minus benefecisse Filius cum Matre uideretur<sup>420</sup>, si eam nec in corpore glorificasset nec in anima<sup>421</sup>, ut in utroque homine<sup>422</sup> ab angelis gloriosa laudaretur<sup>423</sup>. Nec corpus eius in terra ad aliorum sanctorum corporum similitudinem<sup>424</sup> hominibus uenerandum reliquisset<sup>425</sup>.

§ 27 Ascendit igitur<sup>426</sup> beata Uirgo ultra tres ordines angelorum iuxta Dyonisium<sup>427</sup>, tres ordinum trenarios continentes omnibus acclamantibus: »*Que est <ista> que ascendit per desertum* etc.<sup>428</sup>. O si inter nos moram facere dignaretur«,

413 celum summum] summum celum Le

414 corde] desiderio Le

415 Vgl. AUGUSTINUS, *De genesi ad litteram* XII, 35, 68, S. 451f., und PARRI, *Alano di Lilla*, S. 254.

416 omnes] fehlt Le

417 non] Non enim Le

418 Hld 4,7

419 uocaretur] notetur Le; vgl. ALAIN VON LILLE, *Elucidatio in Cantica canticorum*, Sp. 80: *Tota pulchra es, id est in corpore et in anima, amica mea per gratiam et per opera; et macula non est in te venialis et criminalis. Quia nullum credimus in Virgine ante et post conceptum fuisse peccatum.*

420 salua–uideretur] Salua gratia Domini dico minus bene Filius cum Matre fecisse uideretur Le

421 nec in corpore glorificasset nec in anima] nec in corpore nec in anima glorificasset Le; nec in anima über der Zeile Lo

422 homine] fehlt Le

423 Vgl. zu diesem Argument Kap. 7.

424 similitudinem] comparationem Le

425 Vgl. PASCHASIUS RADBERTUS, *De assumptione*, Z. 58–64: *Monstratur autem sepulcrum eius cernentibus nobis usque ad praesens in uallis Iosaphat medio, quae uallis est inter montem Sion et montem Oliueti posita, quam et tu, o Paula, oculis aspexisti, ubi in eius honore fabricata est ecclesia miro lapideo tabulatu, in qua sepulta fuisse, ut scire potestis ab omnibus, ibidem praedicatur; sed nunc uacuum esse cernentibus ostenditur.*

426 igitur] ergo M

427 Gemeint ist das Werk »De coelesti hierarchia« von Pseudo-Dionysios Aeropagita.

428 per desertum etc.] In corporis incorruptione: Ex aromatibus mirre et thuris. Mirre corporis incorruptione, thuris anime glorificatione. Ex aromatibus uniuersi pulueris pigmentarii premii cumulatione. Ascendit quidem angelorum stipata caterua. Et cum ad primum ordinem uenit, clamatum est ab eo: »Que est ista« etc. Le



quibus ab aliis responderi potuit<sup>429</sup>: »Vos quedam habetis pigmenta, sed hec<sup>430</sup> uni-(95r)uersum habet puluerem nostri pigmentarii<sup>431</sup>, Iesu Christi. Vestrum est minora nunciare<sup>432</sup> ac miracula facere<sup>433</sup>. Sed huic<sup>434</sup> illa nunciata sunt, que<sup>435</sup> etiam quibusdam nostrum<sup>436</sup> a seculis sunt abscondita et per eam talia<sup>437</sup> facta sunt miracula, qualia numquam fuerant<sup>438</sup> audita. Vos epithalamium in nuptiis eius cantastis. Vos ante thorum huius Uirginis dulcia cantica frequentastis, dicentes: *Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bone uoluntatis*<sup>439</sup>. Nec est consuetudo<sup>440</sup> quod regina maneat inter suos cytharistas, ergo nec ista remanebit<sup>441</sup>. At ipsi clamauerunt<sup>442</sup>: »Domina<sup>443</sup>, *procede et regna*«<sup>444</sup>.

§ 28 Ea itaque ascendente ad secundum ordinem clamatum est ab his, qui in illo<sup>445</sup> erant: »*Que est ista que ascendit per desertum etc.* O si nostrum dignaretur habere<sup>446</sup> consortium plurimum<sup>447</sup> gauderemus«. At illis similia responderi<sup>448</sup>

429 potuit] posset *Le*

430 hec] non *Le*

431 pigmentarii] pigmentarii, id est *Le*

432 Vestrum est minora] Vestrum est maiora et minora *Le*

433 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 145, S. 285*: Angeli vero nuncupantur ordo ille qui hoc habet in officio ut minora hominibus nuntiet; unde et angeli nuncupantur; *ibid.*: Archangeli vero dicitur ordo ille qui archana celestia frequentius reuelat. Reuelantur enim quedam maioribus que non reuelantur minoribus; *ibid.*: Virtutes dicitur ille ordo angelicus per quem Deus frequentius et maiora operatur miracula.

434 huic] hinc *Le*

435 que] sed *Le*

436 quibusdam nostrum] quibus *Le*

437 talia] *fehlt Le*

438 fuerant] fuerunt *Le*

439 *Lk 2,13–14*

440 consuetudo] mos *Le*

441 remanebit] manebit *Le*

442 clamauerunt] clamant *Le*

443 Domina] O Domina *Le*

444 *Ps 43(44),5*

445 ab his, qui in illo] ab illis, qui in eo *Le*

446 habere] *fehlt Le*

447 plurimum] plurime *Le*

448 responderi] *korr. aus* respondere *Lo*, respondere *M*

potuerunt eis<sup>449</sup>, qui<sup>450</sup> circumstabant dicentibus: »Uestrum est dominari<sup>451</sup>, potestates aeras disponere<sup>452</sup> et arcere<sup>453</sup>. Sed hec mater et sponsa Domini est. Per hanc ydola<sup>454</sup> totius mundi corruerunt<sup>455</sup>. Hec in<sup>456</sup> uniuerso mundo cunctas hereses sola<sup>457</sup> interemit<sup>458</sup>. Ergo hec<sup>459</sup> maior uobis est nec<sup>460</sup> dignum est, ut inter uos<sup>461</sup> ipsa moretur«.

§ 29 Tunc et ab eis responsum est: »Domina<sup>462</sup>, *procede et regna!*«, Ea igitur<sup>463</sup> ad tercium ordinem ascendente<sup>464</sup> audiuit ab eis: »*Que est ista que ascendit per desertum etc.* O quantum nobis esset gaudium, si suum inter nos poneret habitaculum«. Quibus responsum est: »Vestrum est uos Domino<sup>465</sup> sedes

449 eis] *fehlt Le*

450 quis] qui eam *Le*

451 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 145, S. 284*: Dominationes dicuntur ordo ille angelicus qui huic officio deputatur ut nos invitet ad exhibendam reverentiam et obedientiam maioribus; unde et ordo ille dominationes dicitur, et inferioribus ordinibus imperat et ad obediendum dominis nos invitat.

452 Vgl. *ibid.*: Principatus ordo huic ministerio deputatur ut nos doceat usum principandi vel dominandi in inferioribus ut sciamus certis regulis iustitie subditos regere.

453 potestates aeras disponere et arcere] disponere et aeras potestates arcere *Le*. Vgl. *ibid.*: Potestates dicitur ordo angelicus huic usui destinatus ut arceat aeras potestates, id est demones ne iuxta voluntatem suam homines temptare vel decipere possint.

454 ydola] ydolatria *Le*

455 corruerunt] corrui *Le*

456 in] *fehlt M*

457 sola] *fehlt Le*

458 Vgl. PASCASIUS RADBERTUS, *De assumptione, Z. 102*: Quoniam haec est uirgo sola, quae interemit uniuersam haereticam prauitatem.

459 Ergo hec] Hec ergo *Le*

460 nec] et *Le*; non *M*

461 uos] nos *Le*

462 Domina] O Domina *Le*

463 igitur] *fehlt M*

464 ad tercium ordinem ascendente] ad tercium ascendente ordinem *Le*

465 Vestrum est uos Domino] Vos Deo *Le*

parare,<sup>466</sup> sapere,<sup>467</sup> diligere<sup>468</sup>, sed hec se talem Domino<sup>469</sup> thronum exhibuit, qualis non est inuentus in uniuersis regnis<sup>470</sup>. Ergo nec in uestro. Hec potentie, sapientie, dilectionis<sup>471</sup> apicem tenet. Huic, quia pre omnibus dilexit, dandum est, ut super uos sublimetur<sup>472</sup>. At illi cum aliis unanimiter clamauerunt: »*Specie tua et pulchritudine tua, intende, prospere, procede et regna*<sup>473</sup>. Specie mentis, pulchritudine carnis intende, Domina, hominibus, ut eos trahas ad nos<sup>474</sup>. Procede ultra nos, regna cum filio supra nos«, quia hoc uolumus omnes nos, ut tua<sup>475</sup> intercessione nostra ruina<sup>476</sup> suppleatur et paries hominum de lapidibus uiuis<sup>477</sup> compleatur. Ad quam completionem meritis Matris sue<sup>478</sup> filie et<sup>479</sup>

466 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 145, S. 284*: Troni uero sunt ordo angelicus huic officio deputatus ut nos ad discretionem inter bonum et malum invitet, id est ad iudicium; discretionis enim iudicium est. Unde et ordo iste tronus dicitur quia tronus sedes iudicantis est.

467 sapere] uestrum est sapere *Le*. Vgl. *ibid.*: Cherubin autem est ordo angelicus huic officio deputatus ut homines invitet ad scientiam Dei, ad hoc scilicet ut studeant habere scientiam de Deo, et ita ab hoc officio nomen sortitur. [...] Unde quia cherubin hoc speciale habet officium ut nos ad scientiam Dei invitet cherubim uocatur; cherubim enim interpretatur plenitudo scientie.

468 Vgl. *ibid.*, S. 283: Seraphim ordo angelicus huic officio deputatur ut homines ad ardorem Dei et dilectionem inuret; unde et seraphim quasi ardens dicitur, quia seraphim ardens interpretatur.

469 Domino] Deo *Le*

470 in uniuersis regnis] in uniuersis *Le*

471 Vgl. DERS., *Expositio prosae de angelis*, S. 204: A simili, per ea que facta sunt, inuisibilia Dei conspiciuntur. Per creaturarum enim essentiam, coniectamus Dei potentiam, per ordinem et pulchritudinem earum, eiusdem sapientiam, per hoc quod res in suo esse perseverant, eiusdem benevolentiam. *In seiner Annuntiationspredigt wandelt er die Triade zu potentia, sapientia und gratia ab. Siehe Sermo Nr. 2, S. 404.*

472 apicem–sublimetur] nobile fuit triclinium, et si alicui de his qui sunt in mundo dabitur equari pro sua dilectione, huic, quia pre omnibus dilexit, dandum est, ut super nos sublimetur *Le*

473 *Ps 43(44),5*

474 nos] te *Le*

475 tua] tui *Le*

476 nostra ruina] ruina nostra *Le*

477 lapidibus uiuis] uiuis lapidibus *Le*; *1 Petr 2,3–5*. Vgl. ALAIN VON LILLE, *Distinctiones dictionum theologicalium*, Sp. 892: Paries: [...]. Dicitur etiam mortalitas quae impedit ne videamus diuinam Christi naturam, id est intellectu comprehendamus.

478 sue] *fehlt Le*

479 filie et] et filie *Le*

sponse, nos perducere dignetur Filius patris, sponsus, Iesus Christus Dominus noster<sup>480</sup> qui cum Patre<sup>481</sup> et Spiritu Sancto vivit.

480 Iesus Christus Dominus noster] *fehlt Le*

481 cum Patre] *cum patre et filio M*